

129. Instrumentum testamenti
di Tommaso Budario

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*129. Instrumentum testamenti
di Tommaso Budario*

1433-08-05

(c. 498v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo tertio decimo tertio, regnante serenissima domina nostra Ioanna secunda Dei gratia Hungarie, Hierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque regina, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno decimo nono feliciter amen, die quinto mensis augusti, undecime inditionis, apud civitatem Potentie.

1

Nos Carluccius de Musculo de Neapoli, civis civitatis Potentie, eiusdem civitatis annalis iudex, Tomasius Strambus de Potentia publicus ubilibet per provincias Principatus citra et ultra serras Montorii, Capitinate et Basilicate regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico instrumento testamenti fatemur atque testamur quod nobis personaliter accedentibus ad hospitium domni Tomasii Budarii de Potentia, situm intus civitatem Potentie in parrochia ecclesie sancti Girardi, iuxta domum // (c. 499r) Girardi de Antinor(o), iuxta rugam vicinalem et alios fines, ad preces et postulatum fattas nobis sui parte invenimus et viddimus <sic> domnum Tomasium iacentem in lecto, per Christi gratiam sane <sic> tamen mente retteque locutionis sistentem <sic>, qui primo et ante omnia consentiens in nos predittos

Il trascrittore cinquecentesco ha vergato millesimo quatricentesimo tertio decimo tertio; senza dubbio si tratta di un errore che va corretto con millesimo quatricentesimo tricesimo tertio, giacché al 1433 spettarono sia l'XI indizione (primi due quadrimestri) sia il diciannovesimo anno di regno di Giovanna II d'Angiò (calcolato per anni interi).

iudicem et notarium expresse, cum sciret ex certa sui scientia nos suos iudicem et notarium in hac parte non esse, iurisdictionem nostram voluntarie prorogando, et considerans quod diu viget in corporeis membris quies et ratio regit mentem, quam siquidem rationem sepe adeo anglor obnubati, nec non solum temporalium rerum, verum etiam sui ipsius cogatur ipsa largioris vehementia oblivisci et discretionis humane in evitabile debitum pervenire, cum testamentum sit ultima voluntas testatoris iuxta sententia, in eo quod disponitur qua debet potest mentem suam fieri velit, infrascriptum nuncupativum condidit testamentum; quod testamentum et suam ultimam voluntatem dittus testator sic disposuit ultimum esse voluit et finale et quod valeret saltem valere voluit et mandavit iure codicillorum, epistole donationis causa mortis vel alterius cuiuscumque ultime voluntatis et si quod aliud testamentum in manuali cuius appareret, in iudicio vel extra iudicium, huic instrumento contrastare, voluit quod nullum robur obtineat firmitatem, // (c. 499v) sed pro cassato et irritato habeatur. Illico quia testamentum in primis exigit heredis institutionem, ipse testator instituit sibi heredes dopnum Nicolaum Martinum <sic> et Mecuttiam de Martino, nepotes suos, Iudittam filiam magistri Antonelli Barberii, neptem similiter suam, et legavit cuilibet ipsorum nepotum suorum heredum tarenum unum de carlenis pro dicta hereditate et quod plus petere non possint de rebus et omnibus bonis suis; et voluit et mandavit ipse testator quod dicti heredes sui contententur de premissis eis legatis et ultra non possint petere nec et(iam) allegare Falcidiam <et> Trebellianicam de legi(bu)s; item elegit sibi canonicam sepulturam corpus suum recondi intus ecclesiam Santi Girardi, ante ianuam

qua itur ad episcopatum, in scal(ea), et legavit pro ditta sepultura ditte ecclesie in carlenis tarenos quindecim; item voluit quod obsequia sua fient et ordinentur ad arbitrium suorum infrascriptorum episcoporum suorum; item legavit pro malis oblatiis incertis tarenos sex; item legavit domno Camillo de Mallano, patreno suo spirituali, pro servitiis suis, tarenorum unum; item legavit Nicolao Budario medietatem omnium terrarum suarum sitarum in tenimento civitatis Potentie, in comuni et indiviso cum luminaria ecclesie santi Girardi, que sunt in subscriptis // (c. 500r) contratibus, videlicet: petium unum aliud ultra dittum vallonem, a tribus partibus iuxta terras demanii, ab inferiori parte est dittus vallonus; item terre que sunt in contrata Nicolaii, pro indiviso cum domno Nicolao de Martino ab inferiori parte, ab uno latere iuxta terras luminarie preditte limite mediante, ab alia parte iuxta molarem et si qui alii sunt confines; item petium unum aliud in contrata ubi dicitur lo Vallone de Canio et a tribus partibus tenet ditta luminaria limite mediante, cum arboribus fruttiferis et infruttiferis sistentibus intus dittas terras, nucum et castaneorum et aliorum generum arborum, ut dixit; item legavit ditto Nicolao domum unam que fuit condamnata Roberti Strandulla et aulam que fuit condamnata Iohannetti Mase; item legavit ditto Nicolao scricam unam vinee, quam emit a monialibus monasterii Sancti Luce, ut dixit, quod est in contrata vinearum Santi Luce, suis loco et finibus limitatam; item legavit ditto Nicolao vineam aliam unam que fuit condamnata Demetrii Budarii patris sui, ut dixit, que est in contrata ubi dicitur Tragalli, suis loco et finibus designatam, conditione adietta quod si dittus Nicolaus non pervenerit ad perfectam etatem et mori // (c. 500v) contingerit, quod omnia supradicta

bona eidem legata voluit testator ipse remanere debeant luminarie ecclesie Santi Girardi; item testator ipse legavit aliam medietatem dittarum terrarum in comune et indiviso cum ditto Nicolao, ditte luminarie; item legavit Antonelle de Cairone, pro bono servitio, de frumento tumulos duodecim; item legavit ditte Antonelle tunicam unam novam de panno blanco, quam habet; item legavit ditte Antonelle caldariam unam de ere; item legavit ditte Antonelle par unum de lintheaminibus de lino, novis, et culcitram unam plenam pennis; item legavit supraditto Nicolao Budario iencum unum que ut dixit tenet A[m]brosius Palese pro domar(e); item legavit ditto Nicolao medietatem unius vestis sete et unius [.]eni(us) quas ut dixit habet pro indiviso cum Pascali de Pallotta, conditione ut supra annotata et servata; item legavit Rose filie Antonelli Sonetrave, amore consanguinitatis, cultram unam indiolem quam habet, trappetum unum ad arbitrium subscriptorum epitroporum suorum; item legavit alteri magno ecclesie Santi Girardi trappetum unum meliorem suis, de lana; item legavit ditte <sic> uxori Girardi de lo Monaco tunicam unam de panno blanco veteram; item legavit Angeline filie ditti Girardi aliam iacquettam de panno bleвето, quam dixit habere pro bono servitio; item legavit diacono Nicolao de Bono Ioanne et diacono // (c. 501r) Girardo de Boya, pro quolibet, caputium unum de quibus habet ad arbitrium suorum epitroporum; item voluit et mandavit expresse testator ipse quod, soluto ditto testamento et legatis omnibus contentis in eo, omnia que supererint, tam stabilia quam mobilia que supererint, vendantur per suos epitropos et ad manus ipsorum et pecuniam percipiendam ex venditione supradictorum bonorum remanent(ium), preditti epitropi

habeant dispensare ad arbitrium eorumdem in ecclesia Santi Girardi tam in reparatione fabrice quam in cenamentis, ubi eis melius visum erit, sine conditione quacumque. Item legavit diacono Antonello de Centum Manibus ortalia duo, quorum unus fuit condam magistri Angeli de Confexa et unus est intus dittam civitatem et aliud extra civitatem, suis loco et finibus limitata et quod dittus dia[conus] Antonellus teneatur orare pro anima ditti testatoris et condam magistri [Ange]li, sua vita durante; et in fine et articulo mortis sue, teneatur ditta ortalia duo divertere alteri clerico ecclesie Santi Girardi et sic prosequens ditta ortalia unus clericus alteri dimittere perpetuo, cum conditione predistinta. Item fecit, constituit et ordinavit suos epitropos, exequutores et distributores et fidei commissarii presentis sui ultimi testamenti domnum Guillelmum de Villo et domnum Lucas de Coffo et domnum Guillelmum de sere Antonio et quemlibet ipsorum insolidum ita quod unus illorum possit incipere et alius prosequi et firmiter, presentes et onus ditti epitropatus in se sponte suscipientes; item voluit testator ipse et legavit cuilibet ipsorum epitroporum, pro laboribus eorum subveniendis in ditto testamento, tarenos duos quibus et cuilibet ipsorum insolidum dedit plenam et omnimodam potestatem generalem intrandi, capiendi, vendendi, alienandi, percipiendi et vendendi // (c. 501v) tantum de bonis suis quod presens testamentum et contenta in eo plenarie exequantur et debite executioni mandentur, absque contrarietate huiusmodi heredum suorum seu alterius qui contradicere vellet; et voluit testator ipse quod si aliquod punctum, dittio iuris sive c(lausul)a inveniretur in ditto testamento unde possit aliquo modo infringi seu annullari, quod ad meliorem consilium

sapientis possit refici et emendari quotiens opus fuerit, veritatis tamen substantia non mutata. De quorum distributione et solutione ipsi distributores ut supra, vel aliquis eorum non teneant heredi(bus) ditti testamenti vel alteri ponere rationem nisi tantum de receptis et liberatis per eos per executionem et distributionem predittas per simplicem quaternum seu informationem in scriptis, cui infor(natio)ni dari mandavit et voluit plenam fidem. Unde ad futuram memoriam et ditti testatoris preces et dittorum epitroporum cautelam, cuius vel quorum interest et poterit interesse cautelam, fattum est presens publicum instrumentum testamenti per manus mei preditti notarii, signo meo solito signatum et mei qui supra iudicis ac nostrorum sub[scriptorum tes]tium subscriptionibus roboratum.

2

3

4

5

6

7

8

Così S per langor

Così S per obnubilat

Così S per ut

Così S per langoris

Così S per conditionis

Così S per inevitabile

Così S per voluntatis

9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21

Così S per iusta

Così S probabilmente per de eo, quod quis post mortem suam fieri velit piuttosto che in eo - velit

Così S probabilmente per manu cuiuscumque notarii piuttosto che in - cuius

Si ipotizza un saut de même à même

Così S per socciam

Così S per verosimilmente per Palmerii (si veda docc. n. 92)

Così S qui, nel doc. n. 92 Carnone

Così S per meliorem

Così S per altari

Così S per debeant

Così S per finire

Così S per donec

Così S per habitis

Quod scripsi ego predictus Tomasius puplicus ut supra
 notarius qui p[redict]is omnibus interfui et meo consueto
 signo signavi. † Ego qui supra Carlucius de Musculo
 de [Ne]ap(oli)s annalis iudex interfui et me subscripsi
 † Ego domnus Antonellus de Zaula testis interfui †
 Ego domnus Baldassar Mordente canonicus Potentinus
 testis sum † Ego domnus Ioannes de Quatuor Oculis
 testis sum † Signum crucis proprie manus Nicolai de
 Balzana testis qui interfuit et se subscribere nescientis †
 Ego Laurentius de Populo testis sum † Ego Antonellus
 de Roto testis sum † Ego subdiaconus Andreuccius de
 Medico testis sum † Ego Iacobus Curialis testis sum †
 Ego subdiaconus Stephanus de Populo testis sum